

cum quo se se in Urbe reciperent , annosque redditus constituit . Monasterium <sup>(1)</sup> enim S. Stephano Protomartyri nuncupatum , juxta absidem Sacrae Sanctorum Basilicæ Vaticanæ situm , a Sancto Leone Magno olim fundatum , deinde a Clemente XI. magnifice instauratum , Monachis Coptis & Abissinis Ordinis S. Antonii , ea lege concessit , ut ibidem non patrum modo Alexandrinæ Ecclesiæ Ritum in Liturgia & in Divinis Officiis , necnon Monasticum vivendi genus , quod in Monasteriis per Ægyptum , atque Æthiopiam olim apud Orthodoxos obtinebat , diligenter excollerent ; verum etiam ut sacrarum literarum studiis vacarent , quarum subsidiis instructi , Catholicæ Religionis propagandæ in vastis illis Regionibus aptiores redderentur . Jussit insuper , aliquot ejusdem gentis pueros in Collegium pro Fide propaganda constitutum evocari , ubi salubribus disciplinis , moribusque informati , pietatis , ac doctrinæ

(1) Clementis XII.  
Literæ Apostolicæ,  
die 15. Jan. 1731.  
expedita . Initium.  
Alias , postquam  
rec. mem. Clemens  
PP. XI. prædecessor  
nostrer . Ibi: Eisdem  
Monachos natione  
Abissinos seu Æ-  
thiopes , & Coptos  
sive Ægyptios , ad  
professionem ejus-  
dem Ecclesiæ do-  
morumq; illi con-  
tiguaram , necnon  
horti & viridarii ,  
aliorumque anne-  
xorum &c. Dat.  
Rome &c. die 15.  
Jan. 1731. Pontifi-  
catus anno primo.